

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De nuptiis Philologiae et Mercurii - Cod. Ettenheim-Münster 7**

**Martianus <Capella>**

**[S.l.], [14. Jahrh.]**

Liber secundus

[urn:nbn:de:bsz:31-107516](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107516)

GV L I E L M I B V D A E I 16  
DE CONTEMPTV  
RERVM FORTVITA  
RVM LIBER SE  
CVNDVS.



LAVDERE hic se  
monem Draco fra  
ter potuiffem, nec  
inepte ( ut arbitror )  
nec præpropere, ni  
si me rursus in altū  
admiratiōis quidā  
æstus stuporīsq; ra  
peret, reputantē sci  
licet quanto se piaculo scelerēq; obstringe  
rent, n̄ quos intellectum & mentem instat  
quoddam diuinitatis, & ad fruēdam olim  
diuinitatem participandāq; producta ac  
procreata, posthabere ijs rebus non pudet,  
quæ iure tantū gentium censentur, non etiā  
naturæ. Neq; enim uideo qua fronte, qua fi  
ducia, qua ratione, quibus ex causis defensi  
onem ipsi exorsuri sint ante summū tribu  
nal, præsertim in conspectu & corona satel  
litij supernatis & infernatis, quod Deo iudi  
canti apparere credimus in quæstione capi  
tis. Ecquid fortasse præsidij in eo esse confis  
Dunt,

DE CONTEMP. RERVM

dunt, si excusanda summa dirāq; igno-  
 rantia, summi atq; ultimi supplicij damnatio-  
 nem deprecabuntur: Credo (ut est Dei cle-  
 mētia in mortales propensa & facilis) non  
 nihil id nobis apud Deum ualiturū, præser-  
 tim cum Deus muneris sui fecerit, quicquid  
 recte ab homine consultitur, ac statuitur in  
 summam suæ salutis, fieriq; nequit, ut qui si-  
 bi in sese spem salutis esse existimari, non  
 crimine quodam se alliget imminuta ma-  
 iestatis diuine, usque adeo manca, destituta,  
 cassaq; omni suo præsidio natura est homi-  
 nis, cui facultatibus lapsæ in reatu primi pa-  
 rentis, libera tantū uoluntas relicta est subsi-  
 dium salutis in CHRISTI piamento po-  
 sitæ. Sed tamen si ueniam sperare ijs lice-  
 bit, qui in ueritatis contubernio educati &  
 alti, ad ueritatis scita atque responsa, quibus  
 sacra scater & exuberat doctrina, quibus sa-  
 cratum concionum loca quotidie circum-  
 sonant, deniq; quæ nobis sacrosanctis canti-  
 cis quotidie inculcantur, auribus & corde  
 occalluerūt, quid illis non sperandū esse di-  
 cemus, qui abditis in locis, aut longissime  
 remotis à sacro contubernio degunt: Iam  
 si eos, quos aut casus, aut nascendi conditio  
 uel in exteriores insulas, uel in continentes  
 abstrusas amandauit, eo nomine execra-  
 murac

mur ac despuimus, quod CHRISTVM  
 salutis auctore parentemq; non agnoscant,  
 nec in fidem eius se cōferant, quæ (malum)  
 uecordia est in eo nobismetipsis indulgere  
 blandiriq;, quasi ipsam sapiētiā, ipsumq;  
 Dei filium coelestium rerum æternarūq;  
 potentem & arbitrum, in oculis gestemus  
 & feramus? Quid enim hoc eos subleua-  
 bit, qui p̄ceptis eius non obtemperant, &  
 eius doctrinæ dictōq; audientes se non præ-  
 bent: Nos incunabilis doctrinæ salutaris la-  
 stati, in sinu & inter ubera recte sentiētis phi-  
 losophiæ aliti (quod geminū est instrumen-  
 tum ecclesiæ,) cuius auctoritate sanctissima  
 de diuinis persuasio nititur, ipsa insuper cō-  
 probata elogijs tot iuratisimorum testiū,  
 qui non ex prisco ipsi more testandi censen-  
 diq;, ita sese arbitrarī, aut ita sibi uideri, sed  
 ita esse planè palām cum asseuerarent &  
 contenderent. (O magnam, o mirificam,  
 o memorabile uim numinis) cupide quo-  
 que fecerunt capite, ut caerent, nos in quā  
 ea doctrina ueritatis à pueris omnes per æ-  
 tates imbuti, quo prætextu eximi tantæ no-  
 xæ poterimus diræ detestandæq; ignoran-  
 tiæ: Etenim per ipsam Dei filium, per ipsam  
 Dei sapiētiā, quid aliud nobis oracula sa-  
 piētiæ, tum prisca, tum recentia, tum sic

D 3 gurata,

## DE CONTEMP. RERVM

gurata, tum simplicia inculcant, quàm sæcu-  
 li, uoluptatis, cupiditatis, captiones, frau-  
 des, imposturas, blanditias, circumscriptio-  
 nes & illicia, ut uitemus, ut caueamus, ut  
 prouideamus, ut auersemur? In tanta au-  
 tem turba pestium, qua uita circumfessa est,  
 nihil perniciosius esse animaduerti cauillis,  
 commentis, & sophismatis cõmunis pru-  
 dentia, quæ tanquam iuris humani pru-  
 dens, & uitæ commodorum cõsultissima,  
 audet ipsa sibi de omnibus ad hominẽ per-  
 tinentibus responsitare, eaq; fidenter statu-  
 ere, quæ pugnant cum ueritate, quæ q; per  
 diametrum opposita sunt doctrinae sacro-  
 sanctæ. Quo in errore atq; piaculo licenter  
 peruagante in nostro quoq; orbe cœloque  
 illustrato doctrina ueraci & germana, quis  
 non uider conuiuere & dormire planè,  
 quasi que assentiri publicarum excubiarum  
 summam, ut fidem Academicam magis,  
 quàm ratam & Apostolicam agnoscere e-  
 os putes, qui caput ac decus pietatis esse de-  
 berent? Quo euenit, ut reptilis ille perdu-  
 ellis animorum internicio, diffeminandis  
 alijs atque alijs erroribus & uitijs, quasi ue-  
 nenis per orbem spargendis, pro arbitrio  
 suo graffetur, quibus infectus ac perimbu-  
 rus is sensus, qui communis dicitur, synce-  
 rum

rum Deicultum iustamq; religionem exu-  
it. Cum tamen legis diuinæ capite primo  
sanctum sit, hæc totam sibi animam, totam  
spirituum sedem, & uitæ deniq; totam offi-  
cinam poscere, cum omni animi, mentis,  
intellectus intentione. Conferamus nunc  
pedem cum ueritate, & uideamus an fieri  
possit, ut qui Fortunæ numen aliquod esse  
putant, idq; propitium sibi esse maximo  
pere cupiunt, non aliquam Forti fortunæ  
aram in fano cordis sui erigant & conse-  
crent. Atqui huiuscemodi sensu affecti sunt,  
qui in rationibus uitæ accepta & expensa  
sub nomine Fortunæ censent esse referen-  
da, & ( ut Plinij uerbis utar ) qui utramq;  
paginam rationum humanarum putant  
eam facere, & hæc est pars hominum ma-  
xima, qui quidem aliquo sint numero atq;  
honore. Perge porrò si liber, & æstima per-  
pense quàm diuersa nunc uita sit à ueritas  
ac pietatis uia. Nimirum stuporem hunc  
esse durum fatebere hominum, non animæ  
aduertentium quantopere & mores, & ritus  
à prisca sanctitate degenerarint, aut cum  
id satis ipsum per se in oculos non intentos  
incurrat, in summa incuria dissolutioq; ne-  
glectu spem ueniæ retinentium, imò ue-  
to ( quod amentia inftar est ) susq; deq; fo-

DE CONTEMP. RERV M

re existimantium utro modo defungamur  
 hac uita. Quū nero sapientia ueluti sponsa  
 sit animi, morosa quidē ipsa atq; fastidiosa,  
 nisi animū humanū sese dare sibi bona fide  
 senserit, totūmq; in sinū suū amplexūmq;  
 effundere, nec brachia ipsa sua pandit uicis-  
 sim ad animū retinendū, fouendū, tu-  
 endūmq;, nec (ut ita dicam) suauandam se  
 indulget, oris que sui fragrantiam inspirat.  
 Quid igitur cum æmulā admissam, sibiq;  
 ob oculos adductam, tanquam pellicem ui-  
 det Fortunæ reuerentiam: quid inquā eam  
 cōsulere tum putamus, & statuere de spon-  
 salibus, quæ lustrali lauacro contracta sunt?  
 Nōne inde euenit, ut cū sponsa ipsa, spon-  
 so nuncium remisserit, animus ipse quoq; si  
 dei coniugalis oblitus, & abstracte uolupta-  
 tis ecstasice q; immemor, suas ipsam sibi de-  
 litias habere sinat ingratus, & ad fortuita  
 conlectanda diuersum sese conferat: Hunc  
 humanæ mentis errorem, qui dicendo ex-  
 primere posse confidat, is erit ea fiducia, ut  
 Echo quoq; pingendam suscipere sustineat,  
 oculisq; hominum repræsentare. O stola-  
 lam sapientiæ substrictam undiq; & contra-  
 ctam, lacinijsq; carentem, quibus reprehendi  
 sari possit, cum sese auertit. O lenē & præ-  
 dulcem eius dexteram, sed perindē quoq;  
 lubri

Echo pin-  
 gendā sus-  
 cipere.

subricam. Id adeo sic cognosces, si rem anis  
 maduertes quotidianam. Quotus est eni  
 quisq; hominū quidem non profligatiss  
 mox, quin statim atq; redijt ad sese, seculiq;  
 uanilo quas sponfiones aestimauit, fortunæ  
 ludos spectauit, dæmonarchæ uafritias, ca  
 ptiones, decipulas, aucupia animaduertit  
 & perpendit (quæ tamenti astute & solerter  
 concinnata sunt, ob oculos tamen ipsa sta  
 tim incurfant mentis paulo intentionis.)  
 Quotus inquam quin lachrymis præ leti  
 tia agnitę ueritatis obortis, primum respice  
 re se, deinde sapientiam suspicere & admis  
 rari incipiat, eiusq; amorem obseruantiaq;  
 amplecti, simul pauore perfundi ac stupore  
 ob preteritam hebetudinem: Verum o mi  
 sera fors hominum, hæc ipsa sapientię atq;  
 stultitię, erroris ac ueritatis spectra, uereq;  
 rum effigies, illico ex oculis animi se prorip  
 piunt, nisi sedulo cõtueri obstinaueris. Tū  
 decedente uisenda illa specie, simulachra  
 succedunt fœlicitatis & diuitiarū, coruscant  
 tia quidem illa & splendida, sed inania, sed  
 mendosa, sed oculis fucum capitalem facti  
 tantia, & quibus tamen acies mentiū præ  
 stringuntur. Quo fit, ut clarius & perspicu  
 cius in mūdi caligine, quàm in monumen  
 tis illis sacrosanctis uideamus, quæ duo lus

D 5 mina

DE CONTEMP. RERV M

mina uitæ dirigendę habemus, ad summi  
 boni inuestigationem clare præluentia.  
 Nam maiore quodam nunc fato, diuinęq;  
 exuberante benignitate facefferent illæ ne-  
 bulæ, quæ cœli nobis adimunt liberū con-  
 titutum, nemo iam utiq; esset etiam hoc fer-  
 reo sæculo, qui non aduentitiam istam fœ-  
 licitatem contenderet esse meram calami-  
 tatem, fortunámq; infortuniū, nemo quin  
 cunctas fortis fortunæ copias, suppedita-  
 tionémq; illam circumfluentem, non tam  
 esse diaticū diceret & instrumentum adipi-  
 scendę infra supra ueræ gloriæ atq; immor-  
 talitatis, quam esse materiam inertem, e ui-  
 sceribus terræ erutam, atq; adeo ex officinis  
 Horci ( qui à diuitijs ipse utraq; lingua no-  
 men habet ominosum & infaustum ) ad  
 illigandos utique & illaqueandos animos  
 comparatam, quã ipse capturam semper in-  
 hiat, quo deorsum scilicet quã sursum ma-  
 gis uergat aspectus intētiōq; humana, con-  
 tra quam natura constitutum est. Huius sit  
 quidem materiæ amore mentes humanæ  
 capte atq; perditæ, protinus hausto errore  
 ab ineunte ætate, utpote tradito deinceps  
 per manus posteris à maioribus, fastigium  
 suum à natura sublatum & erectū, in ordi-  
 nē eò usq; redegerūt animantiū, ut humani  
 mores

mores infra generositatē quoq; brutorum  
 quorundā se submiserint, tanta est tāq; dira  
 affectuum impotentia. Quippe ferē quam  
 vis feroces, lustris contentē suis, generis sui  
 feris lustra nō inuident in uicinia, societate  
 etiā gaudent p' aereq; inuicēq; se stipant. At  
 nunc sic sunt mores, ut q̄ cuiq; fortunatissi-  
 mo esse cōtigit et copiosissimo, tam magis  
 atq; magis fines cupiditatis proferat, solitu-  
 dinem circa se faciat, ne uestigiale quidem  
 solum in uicino cuiquā esse patiatur. Verū  
 esto, ita fert natura iam hominū depraua-  
 ta, ita poscit rei faciendæ augendēq; ratio,  
 sic est eorum conditio qui patrimonia ista  
 ampla architectantur, ut quo latius quisq;  
 aream penatiū suorum metatus sit, quoq;  
 altius eos extruere cœperit, eō maiora sem-  
 per amplioraq; subeant, & præ futurorum  
 instantiūq; meditatione præsentia sordeāt,  
 hoc enim perpetuum est. Danda his uenta  
 forasse, quādo tam pronum est erratum,  
 tamq; natura iam degener procliuis in id  
 uicium, nec ullum extat exemplū post auo-  
 rum proauorūq; memoriam istorū cuius-  
 quam, qui conditores gentilitatū esse medi-  
 tantur, aut patrimoniorum cumulatoros,  
 qui sibi querendi modum sinēq; statue-  
 rit. Sit hoc sanē quoq; modo dignū uenia.  
 At etiam

22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22

DE CONTEMP. RERV M

At etiam (ò superi boni) palmare id ipsum esse cœpit in uita ciuili, nedum deprecabile inter eos populos qui unū Deum colūt, & filiū eius Christum, benignæ charitatis auctorem, erogationis suaforem opū redundantium, beatos istos & affluentes à familia abdicantem, certe quidem aditam cœlestis domiciliij aut nullum fore, aut perarduum testificantem hominibus adeo suffaracinatis, sarcinis scilicet obrutis censuū opulentorum. Atqui nulli iam frugi ferè homines existimantur, nisi qui cespitem alium atq; aliū agri finitimi agro suo solerter affodiunt rastellis quæstorijis, sesquipedibus uicinorum in dies ambitum ædium suarum laxius proferentes. Sane uero homines Christiana comitate præditi, ac pie officiosi, qui pro eo ut benigne passim egentibus faciant, uicinos, notos, amicos, & nonnūq̃ cognatos ac gentiles ad auctione coactos, à finibus suis summovent quā longissime queunt, quid aliud quàm auctoritate ipsi ac fiducia legum circumscriptiones factitates? Equidem est ciuilis societatis interest rerum persecutiones non denegari, ne istis quidem qui prædiorum insanas congeries coagmentant malignis quidem commercijs ac rapacibus, sed ciuiler conceptis, nō tamen

tamen arbitror, si ad disquisitionem ipsi hominum pietatis prudentium uocarentur, uincere etiam posse huiuscemodi contractuum actiones in bonum & equum charitate pia suffulsum unquam cōceptas esse, quo iure haud dubie apud Deum disceptabitur, si elogijs Dei diuorūq; credimus. At uentum est (nisi fallor) ad summum impudentiē, cum subsidium causę a summo iure magis quam ab equo bono petitur. Certe nec aurea secula, nec argentea eiuscemodii instituta tulere, excedentēq; ē terris iustitia, & in cœlum remigrante, tum demum iura ciuilia illa auaritię aucupia capturasq; istas pepererunt, speciosos scilicet & amplios pretextus iniquitatis. Hęc enim recte æstimanti uidetur spoliandi alterutrum licentia, ac legitima magis quam iusta frugalitas, obrepisse conuentibus hominū, qui societatem ipsi continent mortalium inter se. Ita quę instituta maiores nostri ingenio præstantes, quasi quasdam ciuitatum compages posteris reliquerant, eorum institutorum traducibus sensim degenerantibus, eōres tandem decidit, ut ex iure & legibus rum prophanis tum sacris & pontificijs, uberem iniuriarum legitimarum messem auaricia sibi commenta sit aut nacta, adeo quicquid

*Iura ciuilia taxantur.*

DE CONTEMP. RERV M

quicquid felicib<sup>9</sup> auspicijs coeptū est, id ut  
 in deterius uergat natura serē comparatū  
 uidemus. Nā uita nostra eō humanior est,  
 quo lōgius ac diuersius à brutarū animan-  
 tium aut hominū immanium uita recedit,  
 & quo accedit propius ad equi boni cultū  
 atq; reuerentiā, quod ueluti glutinum est et  
 coagmentatio humanę charitatis. Ecquæ  
 aut charitatis unciola enasci potest ex hisce  
 despoliabilis hominum, nisi auaritia lege  
 cohibeatur? His ex moribus olim Licinia  
 lex Romæ nata, ad frenādā illam immo-  
 dicam & solertem quęstorū cupiditatem,  
 in idem tabulæ nouæ ortæ, & Sisachthia  
 Solonis iuris ciuilibis conditoris, ut leges nūc  
 omittam, pertinentes ad æquationem bo-  
 norum. Hæc enim ueluti uenenorum ue-  
 nena reperta sunt, ut apud Hebręos annus  
 remissionis. Quin uicissitudinem quoq; re-  
 ciprocantis rerum ortus interitusq; natura  
 constituit, quo magis mortales intellige-  
 rent nihil esse tantopere in rebus interitu-  
 ris admirandum & expetendum. Id cum  
 in inuentis hominum usquequaq; manifes-  
 tum est, tum uero quibusdam in rebus mi-  
 re accidit. Id quod si in uno docuero, ad  
 omnia pertinebit. Ex malis moribus le-  
 ges bonas ortas esse aut uant, & uerum  
 est. Ecce

est. Ecce tibi rursus mores pessimos optimis ex legibus, ut iam sit in confesso (quod pace dictum uelim ordinis ius reddentis, cuius ea culpa non est) iudicialia fora, quæ iustitiæ sunt officinæ, esse tanquam Apodyteria hominum bonæ fidei magis quam iurisprudentum. O mores, nonne, ut nunc uiuitur, auctore (ut ita dicam) prætoris & uelut arbitro Deo iudiciorum præside, bonam & æquum subinde monumentis sacris commendante, formulati aucupio & cõmundi licentia alienarum rerum interuersiones fiunt non in unam alteramque domum quasi in arces quasdam prædonum legitimorum, unius propemodum urbis agros, pignora, prædiâq; sæpe uidemus auertere. Certe ut sit hoc legitimum & ciuile (id enim non inficior) nec iustum tamen nec æquum est, aut si esse defendis, cedo quemuis arbitrum eorum iuris interpretum, quos inter diuos colimus. Hi mores, hæc instituta cum à iure gentium oriunda sint, ius ipsum gentium & naturale uidentur perimere si exacte considerentur. Quam multa tandem uoraces illæ fauces auaritiæ, iuri naturali exemere & cõmertio populi, quæ promiscui usus esse deberent, quæ multa, quæ uaria eadē auaritia rerum

DE CONTEMP. RERVM

tia rerum pene naturę abstulit: Romano-  
 rum inexplibilis cupido imperitandi, cum  
 trium orbis summarū partium ornamen-  
 tum decusq; corrasisset, in patriam auertit  
 laureatas p̄edas, & triumphatas condidit.  
 At his rapinis quid aliud quā inundatio-  
 nis, incendij, direptionis, ruinę deniq; suę  
 materiā cōgessit & aceruauit? Quid enim  
 illis opibus inuisitatis publicis ac priuatis fa-  
 ctum sit, quid sanorum donarij, quid ba-  
 silicarum ornamentis, theatrorum insigni-  
 mētis, nullus historicorum ita prodidit, ut  
 comparere usquam possint hodie. Finge  
 proteruam illam pignorum suorū dispen-  
 saticem fortunam, argumentosas rationū  
 tabulas olim relaturam ad ratiocinia pro-  
 uidentię, prouinciatiū ipsas distinctas, ac p̄  
 singulas ætates, quotam tandem eam ex-  
 pensorum partem prouidentię approbatu-  
 ram putabimus: quotam uirtuti, probita-  
 ti, doctrinę, æquitati tulisse antea expen-  
 sam, nunc quoq; laturam esse, quotam des-  
 niq; ex usu uite, e dignitate hominum, aut  
 proportione meritorum: Age porro fac ut  
 etiam rationem quandam maleficiorum  
 prolatura sit, & perperam improbęq; abla-  
 torum. Vtrobi igitur inuentū iri putas ma-  
 iorem luculentiorēq; improbitatem, pe-  
 tulantiam,

tulantiã, indignitatem: Infœliciora ne hic  
 nomina, an illic fœliciora esse censebis? Va-  
 trum illis ex tabulis illustrata plura nomina  
 in bonã partem, quàm ex his compertum  
 iri dices? Num deniq; instituta præclara, &  
 uitæ adiuuenta adminiculãq; plura, à for-  
 tunæ beneficiarijs prodita, quàm ab ijs esse  
 defendes, quoq; illa cõmodis consultũ nun-  
 quã bene uoluit? Nisi uero philosophiam  
 naturæ æstimatricem, numerorũ, proporti-  
 onum, magnitudinũ, dimensionum iudi-  
 cem, qbus rebus artes mechanicæ, omnẽq;  
 degendæ uitæ instrumentũ continetur, de-  
 niq; differendi magistrã, congrui, iusti, ueri  
 indagatricem & normã, sine quibus huma-  
 nitas in homine non esset, fortuna alum-  
 nam esse contendes, eiq; natalem suũ debe-  
 re. Equidem contenderim pœnitendã plu-  
 ribus olim pudendamq; prosperam, quàm  
 aduersam & infestam fortunã fuisse, ac plæ-  
 tunq; peius de ijs meritam, quos maximis  
 atq; exuberantibus copijs augendos esse sta-  
 tuit, quàm quibus uehementer incõmoda-  
 re institit ac perficit. Mitto quod nulla eius  
 deæ beneficia rata sunt & propria, quando  
 in utrãq; partem numen eius anceps esse  
 solet, identidẽm q; uersatile, nisi quod inter-  
 dum maioribus ipa fatis impulsã, sic aleam  
 E suam

DE CONTEMP. RERVM

περιπε-  
τιας.

suam moderatur, ut casus non euariant in  
 summā eius rei, quam efficere laborat, uo-  
 tis etiam quamlibet improbis ampliores  
 sint, omnemq; hominū insolentium impu-  
 dentiam, arrogantiamq; superent. Inde illa  
 historiarū argumenta stupendis rerum in-  
 clinationibus, conuersionibusq; intexta, ua-  
 rias euentorum species complexis secūmq;  
 rapiētib; Peripetias Græci appellant à for-  
 tuitis casibus. Quibus in rebus legendis &  
 recordandis accidit, non modo mira uarie-  
 tate oblectare animū, sed etiam fortunæ ad-  
 mirari commenta & solertiam, quæ leuissī-  
 mis interdum momentis summam rerum  
 molitur huc & illuc, minutisq; cardinibus  
 occasionē circumagit & uersat scenam ( ut  
 ita dicam ) mundi, quasi pro arbitrata teme-  
 ritatis. Quosq; magis mireris, non serio hæc,  
 non certo, non destinato, sed uelut fortui-  
 to casitante alea ludibundāq; transigit, usq;  
 adeo sui semper similis est improba, etiam  
 quum fatis mundi uacat. Ecce tibi ex mul-  
 tis ac multorum instar luculentum unum  
 exemplum. Nonne summa rerum mun-  
 diq; imperium aliquānsper sterit super acie  
 nouacula ( ut est in prouerbio Græcorum )  
 anceps & ambigua in unius hominis prin-  
 cipatū, atq; in populi Romani, antequam  
 imperi

imperium summū Augustus in se uno stabilivit: At in eam rerum nouationem (struendi immortales) quot, quātos, quā multos ludos fortuna sibi hominibusq; edidit, cum pro amplissimo quodam theatro, ludorumq; instrumēto exuberāte, imperij fines copiasq; haberet latissime patētis: Ac ne gratuitam illam rerū tantarum inclinationem ederet aut incruentā, nobile par primum Cæsarem & Pompeiū duos alumnos suos, Senatūq; ipsum & imperiū commisit, deinde Octauium & Antoniū cum Bruto & Cassio tyrannicidis. Tum ut uarietate maiore spectacula distingueret, scelera proscriptionis, ac Triumuiratus proteruissimū nefas interposuit. Mitto Marianas Syllanasq; partes, mitto sanguinariam illam ac congruam nefarij certaminis prolesionē. Ecce autem cum peractos ludos esse credentes, instauratiū spectaculum inauditūq; adiectū, Octauij & Antoniij partes diremptæ, atque inter sese collisæ, tum indignitatis corollarium Cleopatræ accessio, Aegyptiæq; scenæ apparatus inusitatus atq; incredibilis. Hoc ultimum fortuna cum hilaritate, festum, bacchanale, comicum, & (ut ipse aiebat Antonius) inimitabile primum edidisset, ad extremum uelut uersatili scenæ, calante

E 2 imitate,

DE CONTEMP. RERVM

mitate, luctu, comploratione, exitu tragico,  
 uecordi que catastrophe clulit. Ita sub alma  
 ſua altrice ornatriceq; Fortuna ueluti ſub la-  
 niſta, beatiffimi illi uiri & fortunatiſſimi,  
 quū diu ac multum uarijs orcheſtræ, ordi-  
 num, cuneorum ſtudijs caſibusq; ambiguis  
 depugnauiffent, omnes ad unum, præter  
 Octauium extremo caſu in ruinam præcipi-  
 tem acti ſunt. En tibi Fortunæ fidem, en al-  
 me nutriticis indulgentiã, & quiſquam men-  
 tis cõpos, humanarũq; rerũ prudens, au-  
 det rebus ſecundis plaudere aut gratulari.  
 Verũ enim hæc & huiuſcemodi, quæ gran-  
 dia fata, maiorãq; dicuntur, ita in Fortunæ  
 temeritate & in cœleſtibus Apoteleſmatis ſi-  
 ta eſſe cenſeo, ut tamẽ in iſtis moderamen-  
 ſummum, alex q; precipitis habenas teneat  
 prouidẽtia, cuius placitis ac decretis omnia  
 ab ipſa creata, ut ſubſeruiant, neceſſe eſt.  
 Quid igitur (inquis) hos rerum euentus  
 uarietateſq; hæſiſſe in genituris Cæſaris &  
 Pompeij, omniumq; ſupradictorum cen-  
 ſes? Ego uero uel in eorum genituris illam  
 rerum nouationem extiſſe, uel in ortu Im-  
 perij Romani, & tanquam in natalitio ſy-  
 dere genij urbis Romæ, ſed ita, ut fata quæ  
 in thematibus naſcentium impreſſa ſunt,  
 uel imagines ſunt & ſimulacra, uel notę, uel  
 ueſti

FO  
 ueſtig  
 ſex um  
 ue, ar ſi  
 indices  
 gute pe  
 bus &  
 quã eſſ  
 ingen  
 hende  
 rema  
 niginer  
 rum po  
 ceſſitate  
 cantur )  
 conceſſe  
 placitis p  
 tus quof  
 manis a  
 monis a  
 innalci, u  
 genia ad  
 dãſq; uel  
 ſonum eſt  
 ſatis ſine ex  
 pora anim  
 neceſſitas es  
 ue exiſtens,  
 inoq; hun

uestigia earū rerum, quas Deus mundi opifex iam inde à principio statuit & destinavit, ut sint sydera, tanquam tabulę quędam indices consultorum providentię. Hic si rogare pergas, quid de Genethliacis auctoribus & Apotelesmaticis sentiā, negabo quęquā esse, opinione mea, qui humano suōq; ingenio harū rerum significationes deprehendere exacte possit, posterisq; inde theorēmata tradere scientifica. Nec uero cęli uertiginem, ex eāq; multiplices stellarum uagarum posituras existentes & emergentes, necessitatem effectūū (quę Apotelesmata uocantur) secum ferre atq; agere, tam libens concesserim, quā esse euentus indices in placitis providentię positi. At uero impetus quosdam & igniculos in moribus humanis atq; aptitudines inde cieri, rursusque motus ægros, inertias, torpores, remorasq; innasci, unde uel prona fiunt hominum ingenia ad actiones capeffendas, absolueffasq; uel ab iisdem abhorrentia, haud absolum esse à ratione censeo, cum alioqui satis sint explorati planetarū effectus in corpora animantiū. Vtrum autē fixa euentus necessitas ex placitis præsciisq; providentię existens, uim afferat, nec ne consilio arbitriūq; humano, eorum est differere ac sta-

E 3 tuere,

Genethliacorum iudicia proferuntur.

ἄποτελεσματα;

DE CONTEMP. RERVM

enere, qui de ratiōe diuinæ potestatis disputant futura præscientis, præscitãq; destinãtis nullo inerrimento liberi arbitrij. Hæc enim & alia humano captu maiora, mihi non magnopere uidentur inquirenda, cum certum sit intellectus humani ad actus per multos prouidentia percipiendos perhibet esse aciem ac caligantem. Nec id mirum, cum etiam ad cognitionem rerum naturalium, ingenium nostrum in multis cædat natura uarietari. Abundẽq; esse censo si mens humana sese noscitant, non ultra crepidam ( ut aiunt ) uniuersitatis iudicer, duntaxat cum fiducia, sed de cœlestibus uerecunde philosophemur ipsi & cæte, ne si animus ( ut est natura uolucris ) sublimem sese rapi sensim sinat, in cœlumq; subuehi insolenti contẽplatione & erraticâ, longius ac latius mox expatietur toto cœlo pererrãdo, ut est in prouerbio. Sic enim fiunt animi ueluti erronei & expatiatores, cum se auræ blandienti rapiendos permittunt, & ferendos, uanitati utiq; ipsi professionum assensum accommodantes, & quibusdam simulacris ueritatis seducti atque perlecti. Quod uidens forasse Socrates inter primos sapientum cõmendatus, Philosophiam è cœlo in terram deuocasse dicitur ad  
consti

constituendos mores hominum publicè  
 & priuatim. Mihi uero casuum uarietatem  
 æstimanti uideretur genius quidam stygius  
 deterrimi ordinis, tartarei principis emissus  
 rursus, euctus aleæ moderati ratione quadam  
 stolidi ac turbida, quæ non nisi notha qua  
 dam notiõe spuriaq; animo concipi possit  
 & intelligi. Quod perindè est ipsum, atq; si  
 reseræ casus sua quadam ratione ferri dixe  
 rim atq; agi, cum nec stas ipsi nec certas ui  
 ces habeant. Siquidem illic experientia do  
 cemur, in re quoquo uersus ancipiti, esse ta  
 men aliquid uicissitudinis reciprocatioem  
 fermè constitutam habentis, uicissimq; se  
 rè colludentis aleatores exhaustos uideas  
 & copiosos. Quid ita? nimirum desulto  
 rio numine Fortunæ nunc in hunc nunc in  
 illum uicissim decumbente. Et uim esse  
 quandam occultam casitantis aleæ impul  
 tricem oportet, aut cohibitrice, quæ ca  
 sus suapte natura incertissimos à ratione q  
 alienos, ratione quadam irrationabili mo  
 deretur & regat. Hunc ipsum genium res  
 rum fortuitarū euenta ratione penè eadem  
 moderantem ( quatenus quidem per pro  
 uidentia patientiam licet ) ignorantia hu  
 manæ obrepisse quondā existimo, ac sub  
 Fortis fortunæ nomine in deorū sese nume

DE CONTEMP. RERVM

rum honorémq; adoptasse. Qui cū se præ-  
 sidem potentémq; earū rerum fecisset, quæ  
 vulgi opinione pertinere maxime uideban-  
 tur ad beatē uiuendum, opinionem diuini-  
 tatis actutū tam pertinacem collegit, ut deo-  
 rum simulacris ac delubris euerfis, eorūmq;  
 cultu ex hominū mente absterfo, nūc tamē  
 numinis penē uice habeatur à multis, arro-  
 gētq; sibi opinionem auctoritatēq; prou-  
 dentia. Ac cū multi quidē sint in uita obij-  
 ces ueritatis perspicienda, tum uero huius  
 deæ præstigiæ tantā stuporis caliginem ob-  
 oculos mentis offundunt, ut hominū iudi-  
 cia plarūq; hallucinentur in arbitrato ope-  
 rum, quæ ab eius officinis exeūt, quibus ab  
 ipsis uidemus sæpe homines antea squalli-  
 dos, sordidos, egēteis sesquianno ita perpo-  
 litos in mediū prodire, ut splendore & lauti-  
 cia cultus atq; cōiuctus, eorūq; comite aucto-  
 ritate atq; existimatiōe, elegātissimū quēmq;  
 optimatum superent antiquæ frugalitatis.  
 Nunc si altrinsecus statuas, quæ sinistram in  
 partem ab eadem designantur summa in-  
 dignitate, ad deletionem usq; (propè dixerim)  
 uirtutis, bonorūmq; & grauium deie-  
 ctionem, nihil utique fiet propius, quàm ut  
 uultuosè ac subacerbè mirere cōnientiam  
 prouidentia in tanta improbitate, Adrausti-  
 amq;

amq; illam præuaricationis summiffim  
 infimules, cuius ( ut antiquari placuit ) mu- *Adrastie*  
 nus est urnam mouendi apud superos, cū *munus.*  
 res ad summū euaserūt indignitatis. Quod  
 si uiciffim cogites institorem illum repræ-  
 sentatę foelicitatis genium, tyrannum arcis  
 stygię, eundem etiam esse æternę diręq; ca-  
 lamitatis conciliatorem, tute protinus con-  
 tractam illam frontę, tristitięq; nubilo ob-  
 ductam, subeunte animi æquitate differe-  
 naueris, atq; in ueritatis agnitione acquie-  
 ueris, errorisq; dignotione, iucunda quidę  
 ipsa & spei te bonę implente. Nam quo  
 tandem mihi bonorum istam redundan-  
 tiam: neq; enim tantum instrumentū no-  
 bis opus est, neq; cōmodum quidem for-  
 tasse ad uitā ex sententia animi nostri agen-  
 dā. At multa desyderamus, quis negat, nū  
 quis est tandem qui nullo deficiatur omni-  
 no: sed utrum animi recte instituti esse cen-  
 ses omnia poscere quę desiderat: Quod si  
 ea tantum mihi poscis quę necessaria sunt  
 & magnopere conducentia, uide ne iam  
 mensurā impleuerit providentia, & quod  
 desyderare me cēses, auctariū sit plane iusti  
 census, & eius quod satis est additamentū.  
 Sin etiam quę sunt quoquo modo com-  
 moda, uide utius æquūq; postules, qui  
 E 5 immens

DE CONTEMP. RERVM

immensum quid animo cōplectare, à Chri-  
 stōq; delicias expetas, qui nec sibi peperit,  
 nec affectis iuratisissimis. Proinde sinamus  
 providentiam uti suo arbitrato, nec aures  
 eius tantopere fatigemus ob earum rerum  
 desiderium quæ inter bona malāq; ambis-  
 guæ sunt. Desinamus queri ob ea nobis  
 uel negata uel ablata, quorum iacturam  
 pro nihilo semper duxerunt animæ illæ  
 beatæ, quas Deus in supplementum legere  
 constituit legionum supernarum. Tamen si  
 quis scit an hæc rerum aduersarum confis-  
 satio, pars sit animaduersionum diuina-  
 rum, quarum semuiciæ singulæ represen-  
 tate, et uel æquo animo uel certe obsequen-  
 tulo exceptæ, expungere totidem talenta  
 multæ grauioris possunt ijs qui inter æra-  
 rios apud Deum relati sunt: Mihi autem ui-  
 detur planus ille reptilis rerum contingen-  
 tium euentis ita se immiscere, ut solet ex ful-  
 minis delapsantis impetu ansam sibi attri-  
 pere ad perpetranda maleficia, interdum  
 tam ludibunde, ut plausum atq; risum præ-  
 stigarum captare uideatur, cum interim  
 ad necem usq; presentissimā grassari per lu-  
 dibrii speciem terribissimus genius non du-  
 baret ecclesiastici fani depeculator. Hinc he-  
 sitantia interdum, hinc stupor, hinc labans  
 persuasio,

persuasio, cum mēs nostra rationem inire  
 nequit earum quas casuum uarietas  
 quotidie nobis edit. Verū & ratione & ex-  
 perimento cognitum penēq; perspectū hab-  
 bemus, licentiotem illam petulantiam sub-  
 stantiarum profligatissimarum, ijs locis sac-  
 culisq; ualescere maxime, ex quibus inno-  
 centia fide subnixā abscessit lōgissime, eius  
 enim rei exempla comperi mirifica, idone-  
 is documentis testimonijsq; confirmata.  
 Quamquam quid nos tandem uetat existi-  
 mare quādam fulmine tum ferri corpora  
 & necari, cum animorū interest e corpore  
 eos migrare, teterrimōq; hosti nihil iuris  
 esse in animum, cuius ipse domiciliū per-  
 urit? Quid qui intemperijs aguntur præ-  
 cipites & feruntur, à furijsq; illis stygijs di-  
 uexantur & manijs, nonne manifestam  
 causam habent oculisq; subiectam? Qui-  
 bus uelut è locis argumenta ducere nobis  
 licet ad suspectanda metuēdāq; hostis tā so-  
 leris q; infesti machinamēta, q; rōnē huma-  
 nā, q̄si arcē ani expugnare puigilibus insidi-  
 is disturbarēq; conat, indēq; cōstantis psua-  
 sionis de diuinis rebus & æternis præsi-  
 diū deducere. Huic quietis hūanæ sollicitatori  
 acroama nullū iucundius est quā hominis  
 queritatio immodica et mētis impos, fren-  
 dentis

PRVM

clare, a Chri  
 bi pepercit,  
 de linamus  
 , nec aures  
 rum rerum  
 lāq; ambie  
 ob ea nobis  
 in uadum  
 anima: illa  
 rum legere  
 n. Tameſi  
 m conſi  
 m diuinā  
 , reſpiciet  
 obſequen  
 m calenta  
 inter rera  
 ni auctem ui  
 conuincen  
 ſolera fal  
 ſi ſibi arti  
 incedum  
 ſam præ  
 inuenim  
 ſari per lo  
 non duc  
 Finchez  
 in clabans  
 perſuaſio

DE CONTEMP. RERVM

dentis atq; frementis ob fortunæ iniquitatem, nullum spectaculum gratius atq; oblectabilius, quàm hominem spectare ita conflantem in impatientia, ut & rationis frenos commordeat in compositæ, & Dei reuerentiam exuat. Quippe qui uideat & gaudeat conatus suos procedere, & ueluti triumphet exultatione ob rationem animo uirili excussam aut extortam. Nihil uero in inuidiâ ille conditor ac parens tam homini inuidet, quàm summi boni spem adipiscendi facultate sua instructam, diuinæ indulgentiæ adminiculis erectam, quas gratias uocamus, quàm sibi sciri ita esse præcisam, ut ne ad oprandum quidem inducere possit animum perditissimum. Itaq; æstimemus quàm deploratâ sit sortis ita undiq; circumuentum esse abrupto uecordiæ & desperationis, ut omneis in exitium trahere ac rapere secum quisquam malit, quàm cùm omnibus seruari. Ex eo deinde expédamus insanitatem hostis, & maleuolentiam, tot nocendi artibus succinctam, & ad internitionem generis humani instinctâ iam inde à primordijs rerum. Statuamus igitur id quod omnino debemus, rationem atq; noxam illam Stygiam, quasi par unū haud inique comparatum ac cõmissum, à Deo prouidens

FORTVITATVM LIB. II. 39

prouidentiaq; utriusq; conditice spectari,  
 & audeamus postea conqueri, aut queri-  
 bunde meminisse rerum minus secunda-  
 rum. Proinde quodnam opere precium ex  
 labore sperandum relinquetur, si aduersa-  
 rius me transmissio ad alios impetum suū  
 conferat, ut in fraudem tandē incidam præ-  
 mij non emeriti. At uero summi boni que-  
 rendi consecrandiq; uoluntatem non na-  
 tura atq; ingenium sensuum, sed animus  
 ratione adminiculatus nobis conciliare po-  
 test, etiamsi igniculos ipsa natura dedit sen-  
 sibus quibus anima incēditur ad salutis in-  
 quisitionem. Nam ijs ipsis igniculis sensus  
 utuntur plerumq; absurde & præpostere.  
 Siquidem cum eos uelut stimulos natura  
 unicuiq; animanti ingenuisset ad summū  
 bonum expetendum generis cuiusq; suū,  
 in brutis ipsa tenorem suum non temere  
 abrumpit, in genere humano non item ser-  
 uat inoffensum ingenium, sibiq; semper si-  
 milem impetum ad id bonū uestigandū et  
 persequendū. Etenim difficilior id fuit ser-  
 uari pertinaciter in hoc animali gemino, id  
 est in homine. Qui tamen si ipse communi  
 animantium sorte singularis nascatur, ta-  
 men ætate procedente euadit in geminos,  
 nisi (quod raro fit) natura in eo aberrauerit, &

RERV

una iniquitate  
 rius atq; oble  
 are in confus  
 rationis fre  
 e, & Deires  
 deat & gau  
 & ueluti cri  
 nem animo  
 Nihil uero in  
 ram homini  
 n adipiscen  
 una indul  
 quas gratias  
 eciam, ur  
 cere possit  
 estimemus  
 q; circum  
 e & despera  
 ahare acti  
 a cū omni  
 damus im  
 ziam, cor  
 ad inetrat  
 iam in  
 us igitur  
 onem atq;  
 unū haud  
 m, à Deo  
 prouiden

DE CONTEMP. RERVM

rit, & alter est intestinus, alter externus homo, in una eadēq; rōne formali & substantia. Quo fit ut cum eorū uterq; imperiū sibi uendiceret & magistratū in administratione uitæ, rara quies ipsa in uita esse possit ac tranquillitas. Nam ille intestinus & abstrusus, ut est ipse placidi pacatq; ingenij, finibus suis contentus, naturæ quōq; suæ congruenter uiuere cupit, nihilq; externum in uita maximopere stipulatur, ut qui omnes suas spes in diem fati contulerit, idq; demum acri intentione spectet, ad quod fruentum natum esse se suapte natura sentit ac procreatum, nisi si ei stupor aliunde accidat. Contra hic exterior ingenio est leui, stolido, improuido, & ad omnem crepitu auramq; uel spei uel metuculi cōsternabili. Quare omnia fermè sua munia incōdite, tultuose, metuculose, turbide, & rursus gestienter, elate, ferociter, inaniq; cum fiducia obire solet, prout scilicet lætus aut tristis casus obtrigit, unde pendere se arbitrat. Huiusmodi naturæ non nescius sceleratus ille Horci satelles, humani status euersor atque peruersor, iam inde ab orbe cōdito contendit omni studio atq; uigilantia, ut contra q̄ fert natura ac decorum, exterioris hominis sit imperium. Qui cū senatus ipse sui sententias

tentias exquirat, rationem principem consilij esse non sinit, ipsam etiam saepe non rogat sententiam in tumultuarijs et praecipitis consultijs, aut à cupiditate & libidine expressis. Quin & ille idem tum primae noxae parrator, tum naturae labefactor, pervertendi sensuum animorumque artifex, non modo stimulos acres contumaciae & peruiciae exteriori homini ingerit, qui minus rationi moderati aut adhortanti auscultet & audiens dicto sit, sed etiam interiore illum plerumque ita demulcet ac circumuenit, et cum hoc exteriori reuocat in gratiam intempestiuam & conciliat, ut de iure ipse suo decedat per ignauiam, ac maiestatis suae fasces submittat collegae prociacitati. O facinus indignum humanae naturae fastigio, hominem externum qui non alijs placitis ducitur quam irae, furoris germanae, ac cupiditatis caecae & praecipitis, imperium abrogare homini intus condito, atque in se de primaria à natura collocato, qui & auspicijs ipse maioribus creatus est, et ad exemplar diuinum mirifice adubratus: atque in hominum consultijs mentem et rationem, quae naturae coelestis participes sunt, sensuum temeritatis affinijs prerogatiuam sequi. Haec prima mali labes, hoc primordium malorum, hic fons omnium uitae calamitarum,

ut ex

DE CONTEMP. RERV M

ut ex historia primordiali nouimus . Nam cum ex ijs quæ dicere orsus sum, liqueat omnem hominem ueluti Cecropem quendam esse (hūc enim antiquitas ipsum haud temeraria de causa fabulata est bipartita corporis cōstitutione fuisse, ita ut supra umbilicum uir, infra fœmina esset) primi utiq; parentis culpa, qui fœminæ consilio arbitrium suum credidit ac permisit, naturæ humanæ maiestas admodum imminuta est, & uelut oblæsa hominis constitutio, quo tempore scilicet (heu miseram mortalium conditionem) iussus homo faceffere à diuino conspectu, mihi uideretur uelut extorris factus esse à ueritatis & sapientiæ contubernio, in dēq; tanquam ex continenti constantiæ & rationis, in insulā quandam deportatus, id genus monstris, portētis, ac ludibrijs scatētem, quæ à fortuna ipsa agi, ferri, uersari in fra supra conspiciamus, ut est in prouerbio, ac pro summi boni pignoribus falso duci atq; haberi . In hoc porrò exilio animus iusta libertate mulctatus, in mancipatum iniquum fœdumq; addictus est imperiosæ illius turbæ atque tumultuosæ, qui sensus appellantur, quibus prefectus unus datus est natura, quasiq; iuridicus, quē uocant sensuum principatum, iudicem scilicet

ipsum

ipsum & arbitratorē earum operarū, quas  
 sensus uite nauant. Hic ipse autē seu hallucina-  
 tione propria, seu fallaci sensuū renuncia-  
 tione (utpotē quorū ipse opera, tanquam  
 emissariorum utitur ad explorandas quali-  
 tates, formas, magnitudines, & pondera  
 momentaq; rerum) perperam sēpe ipsis de  
 rebus pronunciat. Cumq; sensorijs utatur  
 corporis, ut instrumētis, necesse est utiq; ut  
 cum corpore quoq; afficiatur ipse. At tiero  
 affectus sensuū principatus qualitatibus ins-  
 trumentorū, partem quoq; animi multo se-  
 digniorem fastigiūq; maioris, hoc est men-  
 tem & intellectū, familiaritate ac uicinia ita  
 inficit, atq; adeo erroris contagione afficit,  
 ut litem etiā ipsa suam faciat iisdem de re-  
 bus perperam iudicando. Hanc partē Græ-  
 corū doctissimi τὸ ηγεμονικόν uocant, *τὸ ηγεμονικόν*  
 quos Cicero imitatus est, principatum apel-  
 lans. Vitiū uero naturæ nostræ oblati statim  
 à primordijs rerum, cum luculenta sunt ue-  
 stigia permulta, tum etiā illud, quod tam  
 obnoxia conditione uiuimus multiplica-  
 tis in infinitum ærumnis. Nam quid tam si-  
 mile seruitutis est, quàm hominē naturali  
 iure stare nescium affectibus, tanquā domi-  
 nis iniquis addictum esse diuina sententia,  
 atq; ob noxam præscam datum. *Duci autē*  
 F. animū,

ERM  
 us. Nam  
 liqueat  
 em quen  
 um haud  
 bipartita  
 supra um  
 nini utiq;  
 lilio abis  
 natura ha  
 minuta est,  
 tio, quo  
 orsalium  
 tere adis  
 te extor  
 e conus  
 enti con  
 adam de  
 etis, ac la  
 la agi, se  
 , ut est in  
 gnibus  
 rō exilio  
 in manci  
 s est im  
 ose, qui  
 us unus  
 , quē uo  
 m scilicet  
 ipsum

DE CONTEMP. RERVM

Anima in  
gressus in  
corpus  
huma-

animū, ut mancipiū ab affectibus, atq; in  
diuersa, interq; se pugnancia distrahi, nunc  
transuersum rapi, nunc præcipitem qua-  
si que collo obrorro, quid aliud est tandem,  
quàm intemperijs, manijs, atque furijs a-  
gi: Quarum rerum aspectus speciem haud  
dissimilem præbet inferorum supplicij, ijs  
quidem certè, qui ualent mentis perspicaci-  
tate, ut non absurde antiqui nonnulli, tan-  
quam inferorū descensum esse censuerint,  
animæ ingressum in corpus sic obnoxiiū,  
quâquam ipsi decepti tanta similitudinum  
competentia, quod memoriæ proditiū acce-  
perant de inferis & fama peruulgarū, com-  
menticiū & alioqui uanitatis plenū esse cre-  
derent. Iam uero addictæ mentis, & ueluti  
mancipio datæ sensibus, quodnam esse po-  
test uestigiū luculentius, quàm quod mens  
ipsa nunquā, nisi excessu rapta sit, ita apud  
sele potest esse, omneisq; suas partes sui iu-  
ris facere & continere in officio, quin huc il-  
lucq; uagæ ac palabundæ serantur, ipsa eti-  
am rapiatur erraticis affectibus, ac sibi ui-  
uens (ut aiunt) uidentiq; auferatur: Certe  
cum sæpe ingemiscens raptaū sui ueluti qui-  
ratur, eam sensibus & affectibus indignè  
ancillantè nullus asserit in libertatem: Ne-  
que enim intentio ita sese abstrudere potest  
in pene

in penetralia domicilij sui, nec ratio cancel-  
 lis obvallare liberi arbitrij, quodamq; ( ut  
 ita dicā ) cingere indagine obfirmatæ con-  
 tentionis, ut non per aliquam rimam irres-  
 pant commentanti aliæ atq; aliæ species no-  
 tionū, quæ negocia multa exhibeant trans-  
 quillitati. Id adeo interdum, ut mens ipsa,  
 uelut immemor sui, commentationis quæ  
 oblita, cui incumbere obstinauerat, refractis  
 intentionis clavis euolet in uastū quendam  
 immensūque campum, curarūq;  
 immaniū plenum cogitationūque euani-  
 darum, quibuscum fortassè antea nimium  
 consuevit. Id quod uitare cupientes san-  
 ctæ quædam ac puræ mentes mysticis spon-  
 salibus DEO pactæ, ita sese dedere con-  
 tēplationi solent, sensūsque corporeos uin-  
 culis quibusdam astringere attentionis &  
 cautionis, ut eos in potestate ferè habeant.  
 Quos, si licentius ipsæ euagari ac lusitare ex-  
 patiendo sinerent, nimirū idē eis, quod uul-  
 go hominū eueniret, ut curiosis sensibus in-  
 spectare arbitrariq; insisterent, quæ nihil ad  
 rem pertinent. Id cum tibi mihiq; non pro-  
 num sit, qui in publicum sæpè prodeun-  
 tes inuicti multa circūspicimus intentionis  
 auocamenta, secunda fortassè cautione &  
 subsidiaria prospicere nobis poterimus,  
 F a. Hæarū

DE CONTEMP. RERVM

si earum notionū, quæ per meatus illos ser-  
forios animū subire solent, ut quæq; recora-  
datione maxime digna erit, ita eius infor-  
mationem quàmprimū intus imprimen-  
dam, incidendamq; curabimus, ne si per-  
mentis tantū superficiem ductæ sint & le-  
uiter illicitæ, inanium incōmodarūmq; ima-  
ginū turba assidue irumpere, elui tandem  
possint & interlini. Id autem, ut assequa-  
mur nisi cupidè, accuratè, anxie fecerimus,  
nimitum ( ut est humanæ mentis status na-  
tura constitutus ) fieri uix potest, quin re-  
rum sæculariū ludibundæ imagines, men-  
tis intentionem, quæ rerum cœlestium salu-  
briūmq; cōmentationi uacare debet, & tan-  
quam feriari, ludificatione primum circu-  
latoria auocent atque distineant, tantisper  
dum obrepat obliuio institutæ animaduer-  
sionis, tum subindè oblitam mentem ad  
se se demirandas perliciant & consecretas  
usq; in perniciem. Id quod cognitu cuius  
promptū est, qui paulo attentius animad-  
uertendū duxerit. Nam quid causæ esse di-  
cas, cur cōmunis sensus in uniuersum, com-  
munisq; adeo prudentia, fœlicitatem perse-  
quens, ac circa summi boni inquisitionē sat-  
agens, non modo actuosè, impigrè, & accu-  
ratè, sed etiam tumultuariè, anxie, anhelan-  
tè,

bundè, nusquã assequi potest, quod nullo  
 non loco uel tẽpore conlectandũ suscepit.  
**C**um interim miseri ac mente capti morra-  
 les irri laboris sensu adduci nequeant erro-  
 rem, ut agnoscant, quoad corpore iam fati-  
 scente animus emicare foras cogitur, è con-  
 ceptaculõq; suo prosilire infracto iam tot æ-  
 rûnis & exhausto. Supersedeamus hic pau-  
 lisper disputatione instituta, & æstimemus  
 taciti, qui sit sensus animi cassum iam uitæ  
 domicilium derelipientis, eum ne comi-  
 tentur illa studia rerum fluxarum, quæ tot  
 tam eius uitam sibi uendicauere, an exui-  
 is excussis corporeis aduenticijsq; nudus,  
 inops, destitutus, solitarius, emigret, ubi  
 earum rerum nullus est usus, quibus ipse  
 rebus cumulandis fœlicitatis diuersorium  
 architectari sedemens existimabat. Proh Di-  
 ui immortales, esset ne hæc hominũ pruden-  
 tia, in sania manifesta unicuiq; nostrum, si  
 non ipsi educati in erroris incunabilis, per  
 ætatum gradus proficeremus, & progredes-  
 remur in errores deinceps alios atq; alios.  
 At hoc uitæ institutũ non modo ciuili iu-  
 re, sed etiam genium stabilitum est & au-  
 ctum. En humanæ prudẽtiæ columen atq;  
 decus, quam stulticiã meram elogia sacro-  
 sancta merito esse restantur, quibus ab ipsis  
 F 3 ueram

DE CONTEMP. RERVM

ueram proditam esse sapientiam mortalibus, in confesso est. Proindè ( ut dicere cœperam ) huiuscemodi naturæ fortem naturam hominem, ac suoptè ingenio miserum, ad arduam etiã uitam atq; calamitosam perlectat disciplina sæculi, lacte prauarum opinionũ à puero statim nutricans, & subindè per ætatẽ aliam atq; aliam imbuens erroribus ætatĩ cuiq; consentaneis. Aduersus quẽ errorem Philosophia existens, genus humanũ uindicare ab hac ueniendi conditione contendit stulticiæ sensibusq; m̃cipata, animũq; sibi natalibusq; restituere. Quæ cum ipsa promittere maiora institisset, quàm pro captu mortalitatis, ad uaniloquentiã tandem euasit, duntaxat in ea parte, quæ ad mores humanos constituendos se erexerat, ad bonorũq; fines & malorũ inuestigãdos. Sic enim necesse fuit ijs accidere philosophis, qui ueritatẽ & sapientiã ( quæ in ultimo ab orbe terrarũ loco domiciliũ habent ) è latebris naturæ ceterioris eruisse se insolenter, magnõq; cum fastu ferebant. Caput uero malorum ab illo uersipelli instinctore ortum est primæ noxiæ suafore, qui inexpiabile odiũ iam inde ab æuo condito generi humano indixit, quod quod id creatũ uidebat, ut in caducam uacantemq;

remq; possessionem supernarū sedium mit-  
 teretur, ex qua deiectus erat. Fraudī enim ca-  
 pitali fuit homini, ad posteros etiā in omne  
 æuum proditæ, quod illo suafore superio-  
 rem ipse sui partem inferiori submisisset.  
 Cæterū mundi Deus opifex, mundiq; indig-  
 enarū, cum tantū dispendium sarcire uel-  
 let naturæ imminutæ, ignominiaq; exime-  
 re amplissimū ordinē animalīū, ob incuna-  
 bula sua conspurcata, de decoratāq; primor-  
 dia uitæ contractæ, filiū suum unīcū in ean-  
 dem secū æternitatē, essentiā, potentiā, maie-  
 statem cooptarū (o rem mirandā, memora-  
 bilē, ac prædicandā) hominē fieri iussit, eaq;  
 de causa superne delapsū generis hūani  
 uadem esse uoluit, capitalisq; supplicij nicti-  
 mam piaculatē. Ita humanæ naturæ decus  
 naturā ipsam humanā imminutā & oblæ-  
 sam in integrum restituit, quod quidem ad  
 spem pertinet, ac facultatem summi boni  
 adipiscendi. Via item ad ueritatē, germa-  
 nāmq; fœlicitatē ferentis non modo præ-  
 monstrator, sed etiam dux fuit ac præitor.  
 Hæc uia cum dubio procul aspera sit & an-  
 gusta, ut nonnullis placet, etiam retrica &  
 ardua, parum mihi hodie trita uideretur, pro-  
 culcatāq; uestigijs hominū fortunatorum,  
 qui numerosos secum clientū rapiunt, ues-

D CONTE EMP. RERVM

xantq; comitatus. In eadē (nisi fallor) ipsam  
 nec uia fert regia, nec militaris, nec quā uehi-  
 cularē curulēmq; appellant. Nam ut ea ire,  
 ambularēq; ius est unicuiq; sacrorū non ex  
 orti, ita uix est, ut in ipsa pensili molliq; ues-  
 stemur gestatorio, aut actū habeamus for-  
 tunarū redundantū, cum tot impedinen-  
 tis, & magnā ista laxitatem poscunt, maio-  
 remq;, quā facile admittat semita inno-  
 centie, in quā ueritatis ac simplicitatis uia de-  
 sinit, quā ille nobis praeiuit, cuius omnis  
 actio nostra est, haud dubiē ad diuina insti-  
 tutio. Hac ipsa certē uiatores ducis ipsius es-  
 uestigio sequaces, qui primus eam sequit, &  
 rumnas suas & sarcinas mulis ( ut dicitur )  
 Marianis conuexere, & isti ( si diuis placet )  
 in patriam, ad bonorū finem, ad foelicitatis  
 cumulū illā curuli uia iturū esse & peruen-  
 turum cum copijs, cum fortunis, cum fortu-  
 nae blandimētis ridibundi dicitant & con-  
 fidunt. Quod si ille instituēdae uiae auctor,  
 salutis conlectandae suator, index bonorū  
 malorūmq; finiū, uiam nobis necessitatis  
 partim, partim consilij atque utilitatis prae-  
 monstrauit, tractū etiam eius, ut porrigitur  
 quoquouerlus orbis iussorij suatorijq;  
 circūduxit, quid causae est, quin scientes pru-  
 dentēsq; sese perditū eant, ij qui hanc uiam  
 ineun

ineuntes, diuericula interim & obiter que  
 ritant amoenitatis: & ut in fortunæ diuers  
 forijs manserint, orbitas supergressi priscae  
 iustæq; disciplinæ uestigijs impressas, lon  
 ge expariantur & late, securi utiq; ipsi quo  
 radem euasura sit digressio ab instituta uia:  
 Nisi uero, ut nunc est uita, nõ passim sequi  
 mur cornos, ut inquit ille, securi, quo pes fe  
 rat, atq; ex tẽpore uiuimus. Age, est ne quis  
 quã mentis compos, qui fidem eorũ uolu  
 minũ audeat labefactare, quæ in fanis quo  
 tidie dum sacris sacerdotes operantur, dum  
 res diuinæ, dum precationes fiunt, ad incul  
 candã nobis ueritatẽ legũtur & cantantur.  
 Nemo, ut opinor. Quid: in ijs ipsis uolu  
 minibus, est ne eius uia Hodeporicum in  
 æuum consecratum: Sanè quidem, inquis. Ἡδοίπορος  
κόρυ.  
 Atqui, si diuinis illis elogijs auscultamus, sta  
 tim atq; orbitas illas quispiã transiit, in di  
 uortium incurrit salutis & exitij. Finge igitur  
 te Herculem illũ esse Prodicum antiquorũ mo  
 numeris celebratũ, in binio hærentẽ, utram  
 tandẽ uiam capeffas, ærumq; an fortunæ:  
 Hic locus est partis ubi se uia findit in am  
 bas. Putato me si mauis, illum esse Hercu  
 lem, Fortunãq; mecũ in gratiam redeun  
 tem, sinũ illum mihi luculentũ bonorum  
 ostentare, atq; excussuram esse in me prodi  
 F 5 nus, si

DE CONTEMP. RERV M

nus si colere eam uelim, & sequi fidem ipsi  
us, num si hic te utar auctore, eā statim con  
ditionem accepturus sim, potius quā gran  
diloquentiam immensāq; pollicitationes  
philosophiæ sacræ securus, sc̄noris illius  
centuplicati expectatione ducar, ærumno  
sēq; uitæ & conflictatæ interusurium tanti  
esse putem, ut præ ea spe repræsentationē  
fœlicitatis respuam, ac fructum uitæ hilario  
ris: Melius, inquis, ominare. Quid igitur  
causificari potes quo minus cum aut rebus  
diffundimur & exhilaramur prosperis, aut  
confundimur & contrahimur aduersis, &  
præposteri ipsi esse & capti mente uidea  
mur: Siquidem ita fert bonorum præsen  
tium atq; eorū quæ in spe posita sunt com  
mercium, si recte ratiocinere, ut tam dispen  
diosissima sit horum cum illis permutatio,  
quam maximum impræsentiarum afferre  
compendium existimatur. Abige hinc ali  
quantisper nebulam sensus communis &  
popularis, quæ tibi ipsa mihiq; liberū aufert  
conspectum ueritatis, & intellectui tuo ex  
cure atq; exprime exactam attentionē eorū  
quæ ijs elogijs contestata sunt, quorum fi  
dem tute colis in primis & ueneraris, inue  
nies in transfenna peregrinæ huius uitæ ta  
bernaculiq; temporarij innumeras concin  
natas

FORTVITARVM LIB. III. 46

natas esse decipulas, uersuti illius solertisq;  
 aucupis animarum, ut nisi in uita, suspensio  
 gradu & tanquam in uia muticata cum su  
 spicione anxia peruigiliq; cautione perga  
 mus, laqueis mox illis Vulcanijs imprudē  
 tes nos induuri simus, qui oculis non pro  
 uidentur. Quo circa sapientes illi prisci quo  
 rū responsis & auctoritate exigendæ huius  
 uitæ disciplinā stare, conuenit inter omnes  
 qui initia susceperunt nostræ religionis, nō  
 modo prouidendas & præcauendas, sed  
 etiam auersandas eas uitæ partes censuerūt  
 longēq; fugiendas, quæ frequentibus rerū  
 secundarum illectamentis captiōnis, frau  
 dis, & imposturæ suspiciōnem præferunt.  
 Quo magis mirum est tanta nos cæcitate  
 mentis præditos esse, ut quicquid non  
 prospere, nō fortunare, nō ex senten  
 tia accidit, male, secus, incommode  
 cessisse præiudicio sensus cōmu  
 nis pronunciantes, cū ipsa etiā  
 prouidentia aut iniuriā cor  
 poris, aut damnū in for  
 tunis nostris datū, aut  
 pauperiē factam in  
 celsu impie expo  
 stulemus.

Gulielmi